



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1566 usque ad annum 1572

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118634**

§. 22. Alia censura circa Passionem Domini.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67213)

Sæcul. XVI.  
A.C. 1566. fis sequenti censura in tres partes di-  
visa peritrix: „Prima pars hujus pro-  
„positionis, scilicet *Ave Maria*, &c. est  
„falsa, erronea, scandalosa, schisma-  
„tica, pervertens populum a comuni  
„oratione. Secunda pars, scilicet: *om-*  
„*nis, qui eam recitat* &c. est temeraria,  
„& Christiano Prædicatore indigna. Ter-  
„tia scilicet, *nec unquam Ecclesiæ mens*  
„*fuit* &c. est falsa, injuriosa consuetudini  
„Universalis Ecclesiæ, favens hæreticis  
„nostri temporis, & subjuncta ratio est  
„plane frivola: „Lata est hæc censura  
die vigesima quinta Junii.

## §. XXII.

*Alia censura circa Passionem Domini.*

*Argentre*  
*pag. 391.*  
*Et 392.*

Die duodecima Julii Facultas appro-  
bavit Jacobi Fabri librum, cui titu-  
lus: *Defensio contra assertiones Deistarum*,  
ex quibus prima propositio his concepta  
erat verbis: „Mors, & Passio Domini  
„nostri Jesu Christi, antequam patere-  
„tur, delevit omnia peccata, nec ad  
„ea delenda requiritur, ut singulis die-  
„bus sacrificium offeratur. Censura erat  
„hæc: „ *Prima hujus propositionis pars*  
*collata cum secunda minus est accurata: al-*  
*tera vero est hæretica, in quantum dicitur*  
*distingui Sacrificium cruentum ab incruento,*  
*cum sit idem realiter Sacrificium.*

Secun-

Secunda propositio erat hæc : „Passio Domini nostri Jesu Christi illis duntaxat profuit, qui ante ejus adventum, mortem, & passionem mortui sunt, non autem illis, qui postea vixerunt.“ Facultas desuper hanc tulit sententiam: *Hæc propositio pro utraque sui parte est hæretica, & blasphemia.*

Sæcul. XVI.  
A. C. 1566.

Tertia propositio ita sonabat: „Passio Dominica illis, qui ante Christum mortui sunt, solum profuit, nec non illis, qui tum vivebant, eapropter necesse erat instituere Missam, quæ illis, qui postea nascerentur, prodesset.“ Istam assertionem Doctores hac censura perstringebant: *Hæc tertia propositio etiam pro utraque sui parte est hæretica, iisdem enim, ac secunda, erat concepta verbis.*

§. XXIII.

*Nova fidei Confessio Protestantium in Helvetia.*

Cum Calvinistarum Ecclesiis in Helvetia non arrideret Zwingliana fidei confessio anno Christi millesimo quingentesimo trigesimo confarcinata, minus vero iisdem probaretur altera Basileæ Anno Domini millesimo quingentesimo trigesimo secundo promulgata, neutiquam autem placeret tertia in eadem Urbe Anno reparatæ salutis millesimo